

*Gegen Schlangenbiss.*

Alterum, verbi scripti exemplum, hoc esto. Matthi-  
olus, Comm. in lib. 6. Dioscor. cap. 40. Senem quen-  
dam Eremitam in agro Romano a feris ictos ipsis  
absentibus aegris hoc modo sanasse refert. Is,  
cum quendam a serpente demorsum nunciaretur, nun-  
cium interrogabat, an medicamentum icti loco ebi-  
bere vellet: quodsi id se facturum respondebat,  
jubebat ille, ut dextrum pedem calceo denudatum  
solo sisteret, & cultello totius pedis vestigio  
lineam circumducebat: deinde jubebat pedem au-  
ferri, & intra spatium lineae signatae cultelli  
cuspidis haec verba inscribebat: CARO CARUZE,  
SANUM REDUCE REPUTA SANUM, EMANUEL PARACLETUS:  
mox terram eodem gladio abraebat: ita ut omnes  
abolerentur characteres: abrasum pulverem fictili  
quodam parvo aqua pleno excipiebat, ibique tanti-  
sper dimittebat, donec terra subsideret: demum  
nuncii interula aquam percolabat, & cruce signa-  
tam illi bibendam praebebat.

*s. v.  
Fußspur*

*Lutber-  
trank*

*= Lutberworte in ej. Pappir  
schreiben*

*calceus, i. m. Schuh, Halbstiefel  
cultellus, i. m. Messerchen  
cuspidis, i. h. f. Spitze, Stachel  
aboleo, i. v. i. h. m. l. v. vernichten, vertilgen  
fictile, i. v. m. irdenes Gefäß  
tantisper so lange, inwendessen  
percolare durchsieben*